ECLOGA

AD

JOSEPHUM NEAPOLEONEM

BONAPARTEM

SERENISSIMUM AC POTENTISSIMUM

UTRIUSQUE SICILIÆ REGEM

MAGNUM IMPERII GALLIARUM ELECTOREM

PIUM FELICEM AUGUSTUM

OPTIMUM PRINCIPEM.

ROMÆ

Ex Typographia Aloysii Perego Salvioni

Anno MDCCCIIX mense Aprili.

AUGUSTISSIMO SERENISSIMO AC POTENTISSIMO

JOSEPHO NEAPOLEONI
BONAPARTE

UTRIUSQUE SICILIÆ REGI

PIO FELICI ET SEMPER AUGUSTO

NICOLAUS CORONA SORANUS

JURISCONSULTUS

FELICITATEM.

Regnum pace, belloque recte constitutum, sapienter feliciterque administratum, & denique quietum & tranquillum, ac novis æquissimisque legi-

bus vallatum , otia & Musas excitare , compertum sane est omnibus . Musa hæc ergo , quam Tibi , Augustissime Munificentissimeque Rex et Elector, nuncupo , nata est inter felicia & amœna fidissimæ tuæ Parthenopes otia , estque a Te , tuaque veteri erga me beneficentia vehementer excitata. Si illa hoc tempore prima erumpere ausa est , non erit fortasse postrema , nec ceteris elegantior. Certabunt nimirum viri doctrina clarissimi , quos maximis honorificentissimisque beneficiis liberalissime cumulasti , nomen tuum Augustum , meritisque tantis , quæ jam omnium sermone percrebuerunt , præclarum , litterarum monumentis ære perennioribus, æternitati commendare . Ego autem nil aliud hoc pastorali carmine percupivi , quam Tibi veteris benevolentiæ tuæ erga me signum , ac publicum grati animi, devotionisque meæ erga Majestatem

Tuam omnium titulorum & honorum laude, ingenioque & imperii gloria præstantem, testimonium palam præbere.

Quum virtutes illas amplissimas, quas ipso Augusti seculo dignas reputabam, sim in Te persæpe admiratus, easdem ego laudibus pro virili extollere conatus sum, quippe quas vivissima vitæ ac morum exemplaria civibus arbitror præponenda. Hinc ego, qui tuas illas teretes planeque Atticas, & Latias aures ab optimis Institutoribus, præceptisque optimis imbutas, perbelle novi; ego, qui tuam summam in Artifices Munificentiam, Liberalitatem in Litteratos, Amorem tuum in Poetas maximum perspexi; ego, inquam, persuasissimum habeo, meum hoc poeticum, rusticulumque opus, non fore Tibi, quantulum id cumque demum sit, ingratum ac inacceptum.

Neque dubium quidem unquam

venit, ne Tu in altissimo Regiæ Dignitatis fastigio collocatus, immortalique gloria circumfluens, veteres clientes virosque tuæ inclytæ, & Augustæ Familiæ jamdiu addictissimos dedigneris. Hac enim eximia virtutum indole præditus quum sis, magni nobilisque nominis splendore conspicuus, Fratrum, Regum fortissimorum, fama præclarus, Tu denique tua Regia dignitate major, eadem semper facilitate, indulgentia, & affabilitate, quæ sunt illæ virtutes priscæ, quæ Reges etiam potentissimos, Tuique similes maximopere exornant, pergere non desistes.

Musæ porro aliæ, quæ hanc meam agrestem & incultam consequentur, sublimiori ingenio, heroicoque carmine laudes tuas Regales, & Imperii, cujus incolumitati impense studes, merita concelebrabunt. Siquidem tua pietate viget Religio, Munificentia, & gravitate re-

nident Philosophiæ lares, Academiæ, sanitati suæ restitutæ, florent; & prudentia, qua plurimum polles, Regium statuminatur Concilium, salusque reipublicæ sarta tecta servatur. Quamobrem Musæ istæ Te egregium præliorum Ducem, Te publicæ felicitatis adsertorem, Teque Artium, Scientiarumque restauratorem optimum digniori auctoritate, gravique tuba appellabunt. Mea autem musa multo inter alias humilior, & Celsitudinis tuæ meritis minus digna, Te raram esse temporum hilaritatem, Te Solem, splendoremque regionis nostræ, Te virorum virtute præstantium decus, & præsidium agresti calamo decantabit.

Quare non audens illa Regiæ, Lariumque Majestatis tuæ penetralia, electro poetico præfulgentia, ingredi, obsecrat tantum in limine, ut se, tenuem rudemque, sed redolenti thuris acerra

Tibi ingenue litantem, ac futurarum politiorumque musarum veluti prænuntiam, ea, qua adprime fulges, humanitate atque benevolentia excipias. Nemo sane Vir Princeps, æque ac Tu, Camœnas respexit, easque exules tristes veterno ac mœrore confectas, peneque demortuas, nemo hujus ævi Regum nostrorum perpulit ad vitam. Reflorescente ergo jam tua præsentia, ac providentia hoc Siciliarum Regno, Musæ etiam reviviscant, & hominum mentes inexorabili veteris Regis iracundia pressæ, exsurgant & recreentur oportet. Propterea humilis hæc mea musa sperat, avetque fore Tibi minime injucundam, acceptionemque perbenignam invenire apud Te, qui omnem personarum ordinem, cœtumque tua præsentia exhilaras, Societates oris ac vocis suavitate venustas, bonorum virorum instituta commendas, omnia

denique animi tui magnitudine sublevas, & ingenui vultus tui majestate, ac nitore vivificas.

Interea DEUS OPTIMUS MAXIMUS TE, PRINCEPS AUGUSTISSIME, CLEMENTISSIMEQUE REX, ET ELECTOR, diutissime servet, sospitetque.

Felix, & longa Juvenis dignissime vita,
Eximiumque Tuæ Gentis decus; accipe nostri
Certus, & hoc veri complectere pignus amoris.
Quod si digna tua minus est mea pagina laude,
At voluisse sat est; animum non carmina jacto.

M. A. Lucani ad Calp. Pisonem.

ECLOGA

Meliboeus, Thyrsis.

Mel. Unde inopine redis, charum caput, optime Thyrsi?
Aut quo tendis iter? Num tu, jam sole cadente,
Solus, & incautus, sine ferro tendis ad Urbem?

Th. O Meliboee, o nostri olim solatia ruris,
Dum licuit tecum pecudes conducere pastum,
Et longos cantando tecum condere soles!
Urbs, quam cœruleis diffindit Sequana lymphis,
Quaque nihil Terris poterit Sol visere majus,
Me tenuit vacuum curis bis quatuor annis;
Hinc remeo in patriam, ut sedes mirer avitas,
Parthenopem & longo mirer post tempore nostram.

Mel. Ne tamen ire velis seris tu longius horis,
Hic potius mecum hac poteris requiescere nocte,
Expectans aurora suum dum crastina lumen
Proferat; occursus nempe est metuendus inermi,
Insidiæque virûm graviores nocte sub alta;
Undique nam saevis insurgit villicus armis.
Villicus, infelix! fuerant cui cura ligones,
Et tantum segetes, taurique & vomera nota!

Th. Quis furor iste? Lapis, positus qui dividit agros,
Est num limitibus fixis effossus? An arvis
Insanos etiam pepulit discordia cives?

Vel quis tam demens dementes excitat armis
Agricolas? Novus hisne insurgit Spartacus oris? *

Mel. Utique vir Divo sacer, & vir murice cinctus
Et gladio, heu facinus! nostros armavit agrestes,
Illisque urbes prædari permisit & agros.
Sacrifica ut de gente virûm consurgeret unus,
Mitibus a studiis homines qui averteret, & qui
Sacra sacer tereret, quis, Thyrsi, crederet umquam!
Sed Deus abstersit nostras hoc crimine Terras.
Fortior en Crassus, quem Jupiter æthere semper
Sospitet, hos domuit servos, veniamque petenti
Ductori, tribuit. Quem etenim Clementia Regis,
Dummodo pœniteat quondam se tela tulisse,
Non tangit? Verum veteris fiducia facti
Ruricolûm potuit fragiles seducere mentes.
Hinc semel excitos spe prædæ est sistere durum!

---

* *Spartacus gladiator insignis. Is anno U.C.DCLIV. effracto ludo gladiatorio, cum LXX. gladiatoribus erupit Capua, catervaque gladiatorum congregata, quasi justo exercitu comparato, suscitavit servile bellum; castra Claudii Glabri diripuit, & raptis Prætorum fascibus a servis appellatus est Imperator; Campaniam populatus est; apud Mutinam Cassii castra delevit; tandem a M. Crasso pulsus fugatusque, quum Brutium angulum occupasset, nec in Siciliam, præ navium penuria, trajicere potuisset, cum suis omnibus occisus est.*
Vide Florum, Lucanum, Claudianum.

Et durum otia tuta, & prima inducere rebus!
Nunc mihi, Thyrsi, tuos tu narra ex ordine casus.
Dic quis te excepit, dic quæ nam causa coegit
Ad vacuas remeare domos, & linquere Terram
Tam celebrem, & quam diva beat præsentia Martis?
Nos juvat inter eundum audire & reddere voces.

Th. Nostras, o Meliboee, vices, nostra aspera fata
Nota tibi; Phalaris noster tibi notus abunde,
Qui patriis jussit cives excedere terris,
Et veteres mandavit agris migrare colonos.
Jam tum fortunas, & opes amisimus, omnes;
Hinc nos adstricti diversas quærere terras.
Pars tetigit penitus divisos orbe Britannos,
Pars, melior fama, magnas superavimus Alpes,
Unde Parisiacam placide devenimus Urbem;
Pars cecidit, fuerat sævi quæ victima Regis,
Et patriam proprio perfudit sanguine terram.
Proh scelus horrendum! prohque impia facta tenebris
Digna tegi!... sed nemo tuos, Regina, furores,
Aut illaudati nescit Busiridis iras.
Dii vobis reddant tanto pro crimine pœnas;
Tartara dent vobis, dent Gnossia Manibus arva.

Mel. Felices o, Thyrsi, viros! his namque sepultis
Aetas constituet magnam ventura sepulchri
Molem, & diruet imperium fortuna tyranni.
Atqui vita tibi extorri æque contigit & sors?

Th. Viximus Urbe alacres, divinas hausimus auras;
Illuc quippe novum fundit Campania nectar,
Pomaque Vertumnus mittit prægrandia campis.

Urbs o dives opum! Urbs gemmis auroque renidens!
Scilicet hanc veterem Divûm sedem esse putavi,
Et primum lætumque situm legisse Minervam.
O placidos hominum mores! o grandia facta
Fataque læta virûm, & magnis virtutibus æqua!
Urbs o, semper eris mihi quæ memoranda per ævum!
Hîc primum veneranda Dei conspeximus ora,
Et reditus nostri in Patriam spem cœpimus amplam.
Hîc mihi responsum lenis dedit ille petenti:
Pascite, ut ante, greges, pueri, submittite tauros
Vomeri, & ingentes inolescite messibus agros.
Fortunæ vobis, redeant, me vindice tutæ,
Et mea vos maneant constantis præmia mentis.
Hinc Deus ille mihi; gemina hinc altaria semper
Illi thure calent, lauro & frondente teguntur.

Mel. Ilicis hinc patulæ tu nunc projectus in umbra
Frondosas resonare doces sua nomina sylvas.
Fortunate puer! Rura ergo solus habebis,
Lætus ubi, & vacuus rursus spatiabere curis,
Illius & laudes facili modulabere musa.

Th. Numquam, Auguste, tui invadent obblivia mentem,
Nec tuus e nostro labetur pectore vultus.
Nobis Caesar eris semper, semperque verendus
Rex nobis; bene apud nos stabit gratia facti,
Seu metimus segetes, seu prata rigamus amœna,
Seu Nymphis, Geniisque loci libamus ad aras.
Aethera dum volucres, campos dum cervus apricos,
Dum fluvios pisces, & amabunt prata juvenci,
Lucida cœruleo fulgent dum sidera cœlo,

Nos nomen laudesque tuas super astra feremus.
Ut Magnis, Superisque Diis; sic vota quotannis
Solvemus Tibi, voce preces qui supplice sentis,
Et mala, quæ miseros vexant, mortalia mulces.

Mel. Certe equidem audieram quæ jam tibi munera Princeps
Munificus dedit, & tibi quæ otia fecit in Urbe.
Fortunate iterum, quia tam caput erigis inter
Pastores, tua qui numquam sacra numina norunt,
Quam teneras inter vites solet alta cupressus.

Th. Audieras? verumque fuit, quod fama ferebat;
Nam nusquam novi numen clementius illo,
Nec mage propitium; binas hinc illius aras
Capreoli, redeunte die, bis sanguine tingent.

Mel. Quis te tam mihi suasit discedere cœlo?
Cur tam præsentem potuisti linquere Divum?

Th. Dulcis amor patriæ, cui nos cedamus oportet,
Me quamvis alacrem, quamvis me sorte beatum,
Ex illa tamen augusta decedere sede
Impulit, ut noti fruerer tutamine Regis.

Mel. Et noscis Regem, quem nobis ab Jove missum
Accipimus, quemque ut Numen nos rure colemus?

Th. Scilicet Orator magnus quum missus ad arces
Romulidum fuerit, quum magna is fulgeret Aula,
Aurea cui tot splendebant laquearia lychnis,
Atque salutatum properaret turba Quiritum,
Accessi Proceres inter, num cernere possem
Quem Divi misere, gravis solatia casus.
Ille ubi me contra vidit, propera ocyus, inquit,
Huc ades, o Thyrsi, o Francis confise columnis;

Et si forte times, ne quæ tibi tristia cedant
Huc ades, & Galli tutus requiesce sub umbra.
Noster eris; mœstis succurrit Gallia rebus.
Hic illum vidi JUVENEM, quo gratior alter,
Alter amabilior Romæ non floruit umquam.
Quis decor, & gravitas! Dulcis quæ gratia vultus!
Quantus in ingenio, vel quantus in ore nitebat!
Dignus, Homere, tuis, vel versibus ille Maronis.
Et vidi REGINAM, quæ tam splenduit inter
Romulides, nostris quam splendet Delia sylvis,
Aut Aurora, suos quum nobis detegit ortus.

Mel. O felix exsul, quem Dii fecere beatum!
O tibi iter felix, fatum quod condidit almum!
Non equidem invideo, nec miror; vultus honestus,
Et virtus proba te invitant ad præmia Regum.
Sors tua nos hilarat; sed te nemus omne canebat.
Hinc aberas, o Thyrsi, ipsæ te, Thyrsi, myricæ,
Ipsi te fontes, & amoena vireta vocabant,
Quamvis muta meo penderet fistula pinu,
Nec gravis, ut quondam sylvis alterna sonaret.
Sed, si tu nostra hæc habitare mapalia velles,
Et mecum pecudes, armentaque Regia pastum
Ducere tu velles, recubans sub rupe cavata
Augustos resonare viros hæc prata doceres,
Augustas facili celebrares carmine laudes.

Th. An pecoris tu alios inter numerare Magistros,
Grandia sæpe quibus commendat ovilia CAESAR?

Mel. Utique, Thyrsi, virum Clemens respexit inertem
Rex noster, dixitque: meas nunc pasce capellas,

Quæve etiam velles dulci cane cermina buxo.
Jam tum felicem pastor me censuit omnis;
Meque etiam lætum cernens, invidit Amyntas.
Stulte, quid insanit? Cunctis Rex fausta parabit
Agricolis; nunc nunc Saturnia Regna redibunt,
Et Regis nostri* nutu feret omnia Tellus.
Tempore jam nostro revirescent dulcia Tempe,
Nam terris etiam Regis Clementia vires
Sufficit, & segnes solvit rubigine campos.
Nunc sortes lætas fas est sperare colonos,
Rursus ad antiquos alacres revocamur honores;
Vobis, o pueri, pingues sulcabitis agros
Et vobis ovium fœtus, & vellera vobis;
Sic vobis demum vester dabit omnia sudor.
Jugera ruricolis justa vertenda dabuntur
Lege viris; lauris iterum cingentur aratra,
Atque iterum nostras habitabunt numina sylvas.
Hæc, quæ læta vides, errare armenta per agros,
Et valles, resonans quas hic Volturnus humectat,
Deliciæ sunt Regis; amat Rex arva colentes,
Et nos hæc colimus, nobis hæc omnia curæ.

Th. O Melibœe, Deus, Deus hæc tibi munera fecit,
Et tibi magna satis; Deus & Deus ille secundus
Semper erit tibi, tuque illum venerabere votis,
Et patulis bonus incides sua nomina fagis,
Ut quantum fagi, tantum sua nomina crescant.
At nos ambiguam mœrentes ibimus Urbem.
Otia, quæ musam, & Phœbi quæ carmina spirant,
Dehinc Procerum auratis ignava teremus in Aulis.

O me quam placidum tum dulcia gaudia mulcent.
Si Augustos olim mea fistula dicat honores!
Atque utinam fuerim ex Regis pastoribus unus,
Aut ductor gregis, aut agrorum curvus arator!
Raucus frondosa gemeret mihi turtur ab ulmo,
Et somnum leni suaderent murmure fontes.
Carmina quæ vellem calamo meditarer agresti,
Nec Daphnis Thyrsin, nec vinceret ipse Menalcas.
Hîc binos accensis sacrarem ignibus aras,
Una Jovi Magno Superove dicata Tonanti,
Qui tibi, NAPOLEON divos concessit honores,
Altera, Apollo, tibi, qui MAGNO Regna JOSEPHO
Jam tua cessisti, & pateris quoque sumat honores,
Quos tibi Thymbræus, tellus quos Delphica fundit.
Primus Idumæas facerem hîc frondescere palmas,
Et facerem circum virides adolescere lauros,
Queis Phœbi, & nostri cingantur tempora Regis.
Hesperidum hîc hortos, hic secula læta videres,
Secula, quæ dehinc nomen NAPOLEONIS habebunt.

Mel. Ah! quando evenient jucunda hæc tempora nobis!
Quum liceat stipulis septas simul addere sedes,
Ut quoque festa simul latis peragamus in agris,
Et reboent celsæ resonanti carmine rupes.
Sic quem diligimus, dulci celebremus avena,
Et meritos illi modulando demus honores.
Nam certe, o Thyrsi, fateor, quod nulla juvarent
Carmina me tantum, quantum quæ Regis honorant
Progeniem, ipsumque extollunt ad sidera Regem.
Et fuit an quisquam cantari dignior isto?
Nos & habemus quidquam tali munere majus?

Th. Scilicet hoc cupiunt omnes, Meliboee, coloni,
Arva quibus serere, apricus dum Sirius ardet,
Et quibus, occiduo Phœbo, sunt carmina curæ.
Me sive sithoniis Erymanthis detinet oris,
Africa seu siccis retinet me torrida arenis,
Semper erit præsens mihi Regis imagine vultus,
Illiusque canam laudes, & nobile nomen.
Namque colam Regem, ut Magni Regnator Olympi
Diis colitur; Superos hilarat Pater ille beatos,
Hic populos hilarat, tutamine Regis egentes.
Forsitan Amphyon, dum saxa animabat, & urbes,
Monstrabat venturum nostra ad limina Regem,
Qui potior nostras urbes animaret & agros.

Mel. Ah! quantum, o Thyrsi, clementia numina sentis,
Et potis es Regum laudes celebrare canendo!
Jam tua sat nostrum penetrarunt carmina pectus;
Sat dedimus Musis; Reges sat laudibus ambo
Extulimus; tempus molli dare membra quieti.
Adspice, adunca jugo referunt suspensa juvenci
Vomera, villarumque procul jam culmina fumant,
Et Sol decedens longas jam projicit umbras.
Ite domum, saturæ, felix pecus, ite capellæ.
Nos quoque, Thyrsi, domum properemus; eamus
Ad tectum, lassos reparas ubi sobrius artus.
O quantum, reducem cernens Amaryllis amantem,
Gaudebit! quantasque dapes tibi ponet inemptas!
Sunt mihi castaneæ, & calathis redolentia plenis
Mala mihi; est quoque larga recentis copia lactis.
Nec deest mel; veteris sed desunt pocula Bacchi;

Ardens namque cados olfecit Spartacus omnes;
Sed mea abundat confertis vindemia labris,
Quam lautus poterit Mœcenas ponere mensis.
Sic horas aliquot grata inter pocula duces.
Cras, quum Aurora suos croceos patefecerit ortus,
Tutus iter carpes; dabo, si vis, lætus asellum,
Ut tu pervenias, dum Phœbus fulget, in Urbem,
Regis ubi felix iterum mirabere vultum.
Verum si umquam ingratæ Urbis tibi limina sordent,
Nec te, musa fuit tantum cui rustica curæ,
Atria delectant altis suffulta columnis,
Teque forum undivagum, aut populi tabularia turbant,
Huc, mi Thyrsi, redi; redeunt solatia ruri,
Et redeunt flores ripis, & quercubus umbræ.
Sed modo perge iter, & Regi confide Josepho.
Lætus eris; referes constantis præmia mentis.
Fata Dii meliora dabunt, tibi stamina nebunt
Parcæ læta, & te faciet fortuna beatum.
Auguror, auguriis hilarus respondet Hylactes
Cerno etiam insueto volucres conludere fagis,
Et levius currunt resonis convallibus amnes.
Ecquis, dic, cujus fuerit jam cognita virtus,
Mœruit, aut Magno ab Duce nostro tristis abivit?
Jupiter ut Magnus, sic est Rex omnibus idem.

Th. Jam fuimus læti; at quoniam sors omnia versât,
Et variat res tempus edax, accedimus Urbem
Tristes, & tristes meritis spem sumimus æquam.

Mel. Perge puer: stat firma Viris constantia Magnis,
Nec mutant illis antiquos stemmata mores.

Namque VIRI imperio nati, virtutibus augent
Imperium; hoc Titus, Orbis amor, Trajanus & ipse
Divino, perhibent, auxerunt munere Romam.
I bone, quo virtus tua te vocat; i pede fausto.
Lætus eris, referes devoti præmia servi.
Jam tibi, digna satis, fecit tuus otia CAESAR,
Et DIVUS faciet condigna tibi otia FRATER.
Sic illos tamquam DUO NUMINA semper habebis.
Festaque constitues certis recolenda diebus,
Queis omnes aderunt nostro de rure coloni.
Qui Nymphis mixti choreas molli agmine ducent.
Illorum Statuas lauris, & torquibus aras
Ornabunt, magnumque canent per compita nomen.
Jam ventum ad metam; en nostri jam culmina tecti,
Vita ubi Felix, & somni ducuntur amœni.
Nos jam læta procul cernens, venit obvia proles,
Teque etiam gestu, atque hilari te voce salutat.

FINIS.

TRADUZIONE.

Egli mi è sembrata cosa pur troppo indispensabile, che alla antica e venerabil Musa del Lazio si accompagnasse ancor la Musa Italiana, e vi comparisse anch'ella in abito ornato, e in suono armonioso. Essendo già costei figlia verace e primogenita della Musa de' nostri Maggiori, la quale ha da gran tempo sovranamente passeggiato, e tuttora passeggia per le consolari e imperiali vie dell'Augusta Roma e del nostro Regno, non doveva perciò essere ella dalla sua nobil genitrice scompagnata; e ciò per due grandissime ragioni. La prima si fu, perchè le lodi, e le virtù del nostro Augusto Monarca fossero da tutti gli ordini, e da tutte le classi della società conosciute ed ammirate, e per eccitamento ed emulazione, ingrandite. La seconda fu, perchè così la genitrice, che la figlia in amabile compagnia riunite passeggiassero le medesime città, i medesimi villaggi, e le medesime amenissime delizie e giardini della bella Italia; e passeggiassero altresì con fasto maggiore per le Reali, e magnifiche strade che con munificenza uguale a quella de' vecchi Consoli, e de' Cesari Romani il Beneficentissimo e Provvidentissimo Monarca apre al commodo ed al diporto di questo popolo felice.

EGLOGA

IN ONORE

DELLA SACRA REAL MAESTÀ

DI GIUSEPPE NAPOLEONE BONAPARTE

SERENISSIMO E POTENTISSIMO

RE DELLE DUE SICILIE

GRANDE ELETTORE DELL' IMPERO FRANCESE

PIO FELICE AUGUSTO

OTTIMO PRINCIPE

IN ROMA

Dalla Stamperia di Luigi Perego Salvioni

L'ANNO MDCCCIIX NEL MESE DI APRILE

ALLA SACRA REAL MAESTÀ

DI GIUSEPPE NAPOLEONE BONAPARTE

RE DELLE DUE SICILIE

PIO FELICE AUGUSTO

OTTIMO PRINCIPE

NICOLA CORONA DELLA REGIA CITTÀ DI SORA

GIURECONSULTO

FELICITÀ

Un Regno con la conquista, e con la pace stabilito; un Regno bene e felicemente amministrato, ed un Regno divenuto alla fine quieto e tranquillo,

e con nuove ed ottime leggi provvidamente avvalorato, desta, come è a tutti noto, gli studj pacifici e le Muse. E questa, che io a Voi, Augustissimo e Munificentissimo Grande Elettore e Re, umilmente consacro, è appunto nata nel seno del felice e dolce ozio della vostra Real Partenope: e fu dalla Maestà Vostra, e dall'antica Vostra Beneficenza inverso di me usata, rapidamente risvegliata. Se nell'istante ella osa comparire la prima non sarà forse l'ultima fra tutte, nè la più elegante. Uomini solenni, e di dottrina e di scienze ornati, che Voi avete di beneficj, e di onorificenze sovrane generosamente ricolmi, faranno ben a gara per illustrare con monumenti d'inchiostro, più eterni del bronzo, il Vostro Augusto nome, già per tanti meriti e tanti da ognun commendati, illustre abbastanza. Io, Sire, con que-

sto pastoral poema altro scopo non ebbi, che di dare al pubblico un attestato dell'antica ed onorevole benevolenza della Maestà Vostra verso di me ed una testimonianza sincera della mia riconoscenza non meno, che del mio attaccamento verso di un principe di ogni sorte di onori, e di grandi e Sovrane qualità fornito.

Avendo io dunque con mio grande stupore soventi volte ammirato nella Maestà Vostra quelle elevatissime ed eroiche virtù, le quali io riputava degne del secolo di Augusto; mi sono perciò studiato di lodar quelle medesime virtù, che riputare eziandio si possono come rari e splendidissimi modelli di veramente ornati costumi e di Real vita. Quindi è, che dopo aver io perfettamente conosciuto il gusto fino ed elegante, che Voi, Coltissimo Grande Elettore e Re, avete

sempre avuto delle amenità greche e latine, nelle quali vi istruirono Precettori di gran fama, e dopo avere eziandio ragguardata la Vostra liberal Munificenza inverso gli Artisti, la Vostra Real generosità inverso i Letterati, e il Vostro amor grande inverso i poeti, concepisco e nutro non piccola speranza, che ancor questo mio poetico componimento di qualunque merito e pregio egli esser possa abbia la sorte di essere dalla Maestà Vostra accetto e gradito.

Nè mi cadde egli mai nell'animo dubbiezza alcuna, che Voi salito all' altezza de' Regni, e da immortal gloria circondato aveste a sdegno i vostri antichi ed umili clientoli, o coloro i quali furono alla chiara ed Augusta Vostra Famiglia da gran tempo attaccatissimi. Ornato essendo dunque di quest'indole virtuosa, noto e ragguar-

devole per lo splendore del grande e nobilissimo nome, ed illustre per la fama degli altri Vostri Fratelli, Re prodi grandi e potentissimi, e Voi della Real Vostra dignità ancor più grande, non cesserete di mostrarvi sempre con l'istessa bontà, con l'istessa indulgenza Vostra, e con l'istessa affabilità, che sono appunto quelle sacre e venerande virtù, che tanto onorano gli Augusti e Potenti Monarchi Vostri pari.

Le altre Muse poi, che questa mia incolta e villesca seguiranno, con ingegno assai più sublime, e con versi eroici celebreranno le Vostre lodi Regali, e i meriti dell'Impero, alla di cui conservazione e felicità sì profondamente impiegate i vostri studj. Imperciocchè con la Vostra Pietà tiensi la Religione in vigore, con la Vostra Munificenza e Gravità risplendono i reconditi alberghi della filosofia, e fiorisco-

no le Accademie , restituite all' onore antico; e con la Prudenza , di cui siete sovranamente dalla natura e dall'arte ammaestrato, si sostiene e consolida il Real Consiglio , e nel suo florido stato e vigore si conserva la pubblica salvezza . Perlaqualcosa queste altre Muse non tanto con istile e con autorità assai più degna, quanto con grave e sonora tromba vi loderanno come un Eroe , e sommo Capitano di armate , come Promotor della felicità pubblica, e come Ristoratore delle Belle Arti e delle Scienze . La mia rozza musa intanto di essoloro assai più umile , e meno degna della Vostra Grandezza, vi anderà per ogni dove con un'agreste zampogna predicando per l'allegrezza rara de' tempi nostri , per il Sole e splendor unico di questo Regno fortunato , per l'ornamento e decoro , non meno che per il sostegno ,

e per l'Augusto Protettore degli uomini di lettere.

Laonde non osando ella d'inoltrarsi ne' penetrali della Vostra Augusta Reggia, già di elettro poetico risplendente, vi prega e vi scongiura dal liminare di essa, che l'accogliate con quella umanità e benevolenza, di cui la Maestà Vostra è tanto signorilmente dotata, e che nel tempo che l'accogliete qual meschina e rozza, com'ella è, la consideriate eziandio come quella, che con la più impegnata ingenuità vi offre in piccol vaso il dovuto incenso, e la riguardiate come foriera di altre Muse più eleganti e più ornate. Nessun de' nostri ultimi Principi, ha, egualmente che la Maestà Vostra, onorato le Muse; nessuno le ha accolte; e da afflitte dolenti e raminghe le ha dal profondo letargo e mestizia, in cui giacevano invilite, ele-

vate ed a nuova vita richiamate. Ritornando dunque con la Reale ed Augusta Vostra presenza a rifiorire, e con la savia Vostra prudenza quasi ringiovinendo questo Regno delle Sicilie, debbono in seguela non solo tornare a ravvivarsi le Muse, ma debbono altresì confortare le menti umane, già dall'inesorabile iracondia dell'antico Re funestate ed irritate abbastanza, e racquistare l'antica ed amena loro giocondità e piacevolezza.. A quest'oggetto dunque l'umile e boschereccia mia musa si lusinga di non esservi spiacevole, e di trovare benigna accoglienza presso di Voi, che con l'Augusta e Real Vostra presenza ogni ordine ed ogni classe di persone rallegrate, che rendete con la grazia e con la soavità del Vostro parlare le adunanze più gradite, che lodate e commendate le azioni degli uomini d'onestà forniti, e che con

la Vostra grandezza d'animo sublimate ogni cosa, e ad ogni cosa pur date con la Maestà e avvenentezza del Vostro volto maggior forza e vigore.

Prego intanto l'Altissimo, che vi conservi, Augustissimo Principe, e Clementissimo Grande Elettore e Re, e che sempre vi feliciti ad onor Vostro, ad onor de' Vostri Augusti Parenti, e dell'Impero.

O FELICE MONARCA;
Al cui stame vitale
La forbice fatale
Mai non dovrebbe avvicinar la Parca;
O di tua chiara Stirpe alto immortale
E decoro e splendore;
Questo del nostro amore
Pegno verace accogli; e in tue virtudi
Sicuro al sen lo chiudi.
Che se a formar tue lodi i versi miei;
Atti non sono, il core
Pago sarà di averlo almen tentato;
Che di voli Febèi
Pompa non fo; ma un sentimento grato
Offrirti io bramo; che d'amor tributo
Fu al vero merto in ogni età dovuto.

Trad. del passo di M. A. Lucano
a Calp. Pisone.

EGLOGA

MELIBEO, TIRSI.

Mel. O Tirsi, e d'onde vieni? e come accade
Ch'io ti rivegga! E che! senz'armi vai
Or che già inclina il Sole alla cittade?

Tir. O Melibeo, che fosti, e che sarai
Gioja de' campi nostri, oh! qual rammento
Nel mirarti i piacer che un dì provai,

Allorchè teco a pascolar l'armento
Io conducea passando i giorni in seno
Del bosco uniti al pastoral concento;

La Città, che in un dolce ozio sereno
Mi tenne già per otto messi, è quella
Che della Senna abbraccia il corso ameno,

Che in isolette la divide, e abbella
Con le chiare onde sì, che il Sol non vede
Di questa in su la Terra opra più bella.

Ora al paterno tetto io volgo il piede,
Vago di contemplar con meraviglia
Della nostra Partenope la sede.

Mel. Frena alquanto il desio, che ti consiglia,
L'orror paventa d'inoltrata notte,
E attendi in orizzonte aria vermiglia.

Quì tu meco potrai non interrotte
L'ore goder della quiete amica,
Che volan già dalle Cimmerie grotte.

L'uom che inerme s'arrischia, alla nemica
Ira s'espone, e maggior danno affronta
Se fra l'ombre notturne i passi implica;

Chè d'ogni intorno inferocita e pronta
L'armi a trattar rustica turba insorse,
Inonda i piani, ed i colli sormonta.

Turba infelice! che le man già porse
Alle marre soltanto, e aratro e buoi
Menando i campi a coltivar, trascorse!

Tir. E chi destò tanto furor fra voi?
Di terre forse ai limiti prescritto
Termin divelto dai confini suoi?

O con tracce d'insania e di delitto
Discordia ai prati in sen spinse il ribelle
A calpestar dell'innocenza il dritto?

Chi dei stolti villan le voglie felle
All'armi suscitò? Forse quì fiero
Nuovo Spartaco * insorto ad essi dielle?

---

* *Spartaco fu un insigne gladiatore. Costui nell'anno di Roma 654 fece impeto nella scuola de' gladiatori in Capua, e uscì alla testa di 70 di essi. Avendo con tal violenza radunata una masnada di suoi pari, come se reclutata avesse un'armata disciplinata e regolare, osò suscitare la guerra a Roma. Forzò sul principio gli ac-*

Mel. Sacro al Gran Nume un Sacerdote, altero
Per la veste di porpora, oh ribrezzo!
Il braccio armò del contadin severo.

Ei gli permise ingiuste prede in mezzo
Delle città, delle campagne, e il rese
A violenze ed a saccheggi avvezzo.

Tirsi, e chi il crederia, che l'alte offese
A cagionar, dal fianco dell'altare
Un sì lanciasse! e colle atroci imprese

Gisse le sacre cose a roversciare,
E la tranquilla umanità volesse
Dai pacifici studj allontanare!

Ma il reo di spada cinto Iddio represse,
Ed a purgar le nostre terre ei mise
Un nuovo Crasso, che i vili depresse.

Giove sempre dall'alto in mille guise
Felice il renda, or che più forte assai
Del Crasso antico questi schiavi ancise,

---

campamenti di Claudio Glabro, e rapiti i fasci del Tribuno, fu da' suoi commilitoni salutato sommo Capitano; depredò indi la campagna felice, distrusse presso Modena le trincere di Cassio, e mise ogni cosa a sacco e a ruba; ma fu finalmente vinto e fugato da Marco Crasso, fu respinto al di là dell'Abbruzzo, e non potendo per iscarsezza di navi traggittarsi in Sicilia, fu messo a morte, e con tutti i suoi empj satelliti trucidato. Vedi Floro, Lucano, Claudiano.

E volse al Duca lor clemente i rai,
Donandogli il perdon, che gli chiedea;
Chè al pentimento ei nol negò giammai.

Pur la speme di prede, che tenea
De' fragili coloni il cor sedotto,
D'essi ancor vive nell'ingorda idea.

Tu sai qual dura cosa è il porger motto
Di temperanza all'uom, che in petto serba
Dal reo guadagno l'animo corrotto,

E sai tu ben, quanto sia cosa acerba
Di mite calma richiamar lo stato
Nella ragione del mortal superba.

Tutto de' casi tuoi l'ordin narrato
Or mi venga da te, Tirsi, e mi svela
Chi te raccolse, e qual fosti onorato;
Chi te costrinse a ricondurti ne la
Saccheggiata campagna, e all'abituro
Deserto, ove ancor l'aura si querela?
Perchè lasciasti il bel loco sicuro,
La famosa città, che ottien beata
Dal Divo Marte un destin almo e puro?
Perchè da sede tanto avventurata
Partisti mai? parla, a vicenda il mio
Labro risponderà; cosa a noi grata
Sarà l'udirci pel cammin.

Tir. Non io
Dirotti, o Melibeo, quai fur le tante
Sventure nostre; assai del fato rio

L'ira t'è nota, e puoi tuttor bastante
Del Falaride nostro aver contezza,
Disumano Falaride arrogante,

Che d'un cenno crudel con la fierezza
Strappar dai patrii lari il cittadino,
L'agricoltor dalla rural dolcezza

Volle. Spietato ardir! L'empio destino
Fin da quel tempo ognun di noi costrinse
Nuovo cielo a cercarsi peregrino.
E privo d'ogni ben, che il piè sospinse
Fra i lontani Britanni dall'intero
Mondo divisi; chi a passar s'accinse
L'altissim'Alpe, e con miglior pensiero
Placidamente di Parigi in seno
Alfin pervenne per il Franco Impero:
Altri del crudo Re la rabbia appieno
Incontrar sì, che vittime bagnaro
Del proprio sangue il bel natìo terreno:
Ahi scelleraggin fera! ahi lutto amaro!
Tenebre eterne del Tartareo Regno
Piombin su tempo di pietà sì avaro!...
Ma chi, o Regina, ignorar può lo sdegno
Di te, chi mai la smania sconsigliata
Del tuo Busìri d'ogni laude indegno?
Diano in Cocito a voi la meritata
Pena gli Dei; de' giusti alle ombre aperti
Sieno gli Elisi.

Mel. Oh! fra la sorte ingrata

Felici Eroi di gloria ricoperti!
Dalla ventura etade al cener vostro
Saran trofei di vasta mole offerti!

Distruggerà fortuna al Regio mostro
Il tirannico Impero. Or tu qual vita,
Qual sorte avesti in lontananza?

Tir. Al nostro
Ciel nuova luce, e nuova aura gradita
Giove concesse, e lieti in la cittate
Respirammo così gioja compita,

Che dal suol di Campania in lei recate
Le fonti son d'un nettare novello,
E Vertunno dai campi smisurate

Poma vi manda. O di ricchezze ostello
Città, che stai di gemme e d'or brillante!
Che in te de' Numi l'immortal drappello
Avesse già la sede sfolgorante
Certo i' credei, pensando, che Minerva
La prima andasse del bel sito amante.
O di Parigi, che i piacer conserva,
Amabili costumi! O imprese! o fato
Nobil, che il Mondo stupefatto osserva!
Tu dolce siedi dell'Uom Grande allato
Premio all'alte virtù corrispondente,
O città, di cui sempre rammentato
Sarà da me l'onor, meritamente
Lodando i fasti tuoi, finchè durare
Il fil de' giorni miei Cloto acconsente!

Quì per la prima volta rimirare
L'aspetto venerabile del Nume
Potemmo, e quì la speme di tornare

Alla Patria accogliemmo. Al divo lume
Quì m'appressai pregando, ed ei rispose
Al chieder mio con placido costume:

Scorrete, come pria, le piagge erbose
Pascendo il gregge, o pastorelli, e i tori
Sottoponete al giogo; ardimentose

Le man ponendo ai rustici lavori
Ingradite le messi; a voi ritorno
Faran delle campagne i bei tesori;

Vigile il guardo mio staravvi intorno
Premio del vostro amor; con sua possanza
Vi seguirà nel genial soggiorno.

Il Nume, al cui favor la mia speranza
Si riconforta, per me sempre un Dio
Quindi sarà; con fervida costanza

Sempre l'adorerò; nel campo mio
Due sorgeran per esso Are fumanti
D'eletto incenso, e il vincitor d'obblio

Lauro co' rami sempre verdeggianti
Le coprirà, difenderalle.

Mel. Assiso
Dunque ancor tu d'un'elce all'ombra, i canti
Scioglierai con tranquilla anima in viso,
E all'eco delle selve il suo Gran Nome
Imparerai con giubilo improviso.

Fortunato garzon! tu solo oh! come
Reso felice un orticello avrai,
Ove de' mali alle pesanti some
L'omero in libertà non curverai,
E alle virtù del tuo novello Augusto
Lode con facil musa intreccerai.

Tir. O in pace e in guerra glorioso e giusto
MONARCA, il tuo sembiante, i merti tuoi
O sotto fredda zona, o cielo adusto
Sempre ricorderem; sempre per noi
VENERATO SOVRAN, CESARE INVITTO
T'adorerem, tu dubitar nol puoi;
Chè d'ogni tua beneficenza scritto
Nell'anima rechiam profondamente
L'ordin, che non serbar saria delitto,
O alla dorata messe risplendente
Avviciniam l'adunco ferro, o i prati
Irrighiamo coll'onda trasparente.
O alle Ninfe, o del luogo ai Genj grati
Sacrifichiam. Noi, finchè all'aria il volo
Spiegheranno gli augei, finchè lanciati
Andranno i cervi per l'aperto suolo,
Infinchè l'acque i pesci brameranno,
Gli erbosi campi i tauri, e gli astri al polo
Col delicato raggio brilleranno,
Il Nome tuo, l'onor, la gloria all'etra
Con giuste lodi inalzeremo. Ogni anno

Come ai Superni Dei su bianca pietra
Ti scioglierem solenni voti, ergendo
Umil la voce, che le grazie impetra;

Poichè da TE partir non fai gemendo
Rigettato il pregar, TU che gli affanni
Del misero mortal vai raddolcendo.

Mel. Velocemente a me fama su i vanni
Recò i doni che avesti, e il liberale
Ozio, onde il tempo e la fortuna inganni.

O avventurato Tirsi! oh senza eguale
Infra i pastori, io tel ripeto, ch'essi
Non conobbero il tuo Nume immortale.

Tu che il godi propizio, in sugli stessi
T'inalzi, come alle cedevol vite
Sovrastano gli altissimi cipressi.

Tir. Le meraviglie di mia sorte udite
Da te fur dunque? Ah! sì che le riprove
Dell'amor suo non fur voci mentite;

Chè Nume alcerto io non conobbi altrove
Più soave benefico e clemente
Del nuovo Augusto, che somiglia a Giove.

Ciascun anno perciò devotamente
Tingerò l'are, che a lui consacrai,
Di due capretti col sangue innocente.

Mel. Ma da ciel sì benigno irne chi mai
Ti consigliò? Come lasciar potesti
L'almo favor de' venerati rai?

Tir. Della patria l'amor, che sempre desti
Tien nostri affetti, e dolce i cori invade,
Per cui tutto convien che in dietro resti;
Lasciai così la auguste alme contrade
Quantunque lieto, e di mia sorte pago,
Per goder del mio Re la maestade,
E gl'influssi potenti.
Mel. E che! l'immago
Sovrana, e il nobil cor dunque a te noti
Son dell' alto MONARCA, ond' io m' appago?
Di quel MONARCA alfin, che a' nostri voti
Giove dal ciel mandò, cui sacro onore
Noi tributiam, come al buon Dio devoti?
Tir. Allor che scelto fù Magno Oratore
Alla città di Romolo, e pososse
Di signoril Palagio in lo splendore,
Là fra lucide stanze ripercosse
Dai tetti aurati accorsero festose
A lui le Genti di Quirin commosse.
Dei Grandi infra le turbe rispettose
Confuso anch'io vi giunsi, onde mirare
L'Eroe, che il cielo a nostro ben vi pose.
Non si tosto ei mi vide, che appressare
Femmi al suo lato, e in atto di dolcezza,
O tu, che avesti, incominciò a parlare,
Tanta nel Franco Impero sicurezza,
T'avvicina, e se mai paventi ancora,
Del Gallo all'ombra ogni timor disprezza.

Nostro sarai; gli sventurati onora
Gallia, e salute e asil t'offre. Sospeso
Dal suo volto pendea, di cui finora

Io non vidi simil; d'un vivo acceso
Foco gentil di gioventù, che s'era
Di Roma al guardo impareggiabil reso:

Oh! quale a sua brillante primavera
S'unìa matura gravità di senno!
Qual destrezza d'ingegno lusinghiera!

Merta il GIOVINE EROE, che quivi accenno,
Tua nobil cetra, o gran cantor di Achille;
E i versi ad esso di Maron si denno.

Soavi e maestose le pupille
Splender vidi anco della mia REINA,
Che tal sorgea tra mille Ninfe e mille

Del Tebro, qual Diana mattutina
Allorch' entra ne' boschi, o come Aurora
Sulla tranquilla oriental marina.

Mel. O felice proscritto, il fato adora,
Che ti rese beato; a riguardarte
Invidioso io non farò dimora,

O stupefatto. Un volto onesto, e l'arte
Proba della virtù, possono ai doni
D'un Re del merto premiator chiamarte.

Lieti ci fa la sorte tua; risuoni
Di te la selva, che appellar solea
Tirsi lontano; e in replicati suoni

Per fonti e valli il nome tuo scorrea,
  Benchè la mia zampogna abbandonata
  Più l'alterno concento non rendea

Muta sospesa al pin. Ma se pur grata
  Cosa ti fosse d'abitar fra queste
  Capanne, e meco per le verdi prata,

O fra le opache vie delle foreste
  Del Re condurre a pascolar gli armenti,
  Chiuso fra l'ombre dolcemente meste

Di cava rupe al susurrar dei venti,
  Impareresti, che il nome sublime
  De' nostri Prenci con giulivi accenti

L'aura dai colli trascorrendo all' ime
  Compagne esalta; e tu con facil estro
  Potresti ai sommi Eroi donar le rime.

Tir. Della Greggia Real sei tu maestro?
  O nel numer di quei, cui vaste affida
  Mandre il Cesare nostro?

Mel. Utile e destro
Il clemente Sovran mi rese, e guida
  D'un armento mi fe'; scosse l'inerte
  Mia volontà, che desta in lui confida;
Pasci, mi disse, per le piagge aperte
  O buon pastor le mie caprette, e canta
  Quel che t'aggrada più. Le voci esperte
Sul flauto molle d'accordar ti vanta.
  Fin da quel tempo a me diletto il folto
  Stuol de' pastori invidiommi, e tanta

Fu la possanza del livor, che in volto
  Bieco perfin guatommi Aminta al vivo
  Mio giubilar. Ahi! sconsigliato e stolto!

Perchè mostrarti di ragion sì privo,
  Mentre a ciascun agricoltor prepara
  Il benefico Re destin giulivo?

Ecco che riede a noi l'età sì rara,
  In cui regnò Saturno; ecco il beato
  Tempo, in cui l'uomo ad esser lieto impara.

Tutte le sue dovizie al rispettato
  Cenno del nostro Re versar dal seno
  Mirerassi la Terra in ogni lato.

Il pian ridente, il bel poggetto ameno
  Di Tempe ai nostri dì rinverdiranno;
  Che le vivaci forze anche al terreno

Dal clemente Sovran si renderanno,
  E i pigri campi dalla rugin negra
  Disciolti perderan l'ozio tiranno.

Più gradito destin, vita più allegra
  Noi già speriam. Tornati ai prischi onori
  Di nuovo ci vedrem; la messe intègra

A voi bifolchi resterà; migliori
  Gli agnelli fian per voi, per voi le lane,
  Utili a voi saran vostri sudori.

Date con giusti patti e leggi umane
  Saran le terre a coltivarsi ai buoni
  Agricoltor, che avran felice il pane.

Gli aratri infra le glebe dai coloni
Cinti verran di lauro un' altra volta ;
E nelle nostre selve abitazioni

Riprenderan gli Dei . Questa , che sciolta
Turba d'armenti per i campi miri
Fra si brillante ilarità ravvolta ,

E queste valli dai suonanti giri
Del Volturno bagnate amabilmente ,
Del Sovran nostro appagano i desiri ;

Ch'egli ama e gode favorir la gente
Di Cerere ministra , e noi siam tali ,
La campagna per noi divien ridente .

Tir. Un Dio disceso dai Seggi immortali
Sì cari doni , o Melibeo , ti fece ,
Per te grandi abbastanza e senza eguali .

Propizio sempre ei ti sarà ; ben lece
A te adorarlo , e cento voti e cento
Sull' ara offrirgli con sincera prece .

Su' faggi ombrosi il Nome suo contento
Inciderai ; là tra fioriti serti
Cresca con essi a un bel soffiar di vento ;

E noi frattanto desolati , incerti
Andremo alla cittade , e neghittosi
Da quì innanzi vivrem d'oblio coperti ;

I sacri a Febo nobili riposi ,
Che soavi ispirando ai petti vanno
Gli accenti delle Muse armoniosi ,

Nelle Sale de' Grandi resteranno
  Consumati vilmente. Oh! qual godrei
  Piacer, che sciioglieriami in cor l'affanno

Rapidamente, se co' versi miei
  Cantassi un dì di mia Zampogna all'eco
  Gli Augusti onori, onde beato sei!

Oh! piacesse al ciel pur, che avessi meco
  Qualcun de' Regj armenti, e fra i pastori
  Del Re mi fossi, e fedel guida teco

Della greggia n'andassi; o fra i lavori
  Della campagna un arator foss'io
  Curvo spargendo in terra i miei sudori!

Dall'olmo udrei col gemito natìo
  La tortorella, e dolce i' dormirei
  De' lievi ruscelletti al mormorio.

Alla rustica piva accorderei
  Libero carme; nè di Tirsi a gioco
  Dafni, o Menalca avriano i vol Cirrèi.

Quì è dove accesi di perpetuo foco
  I duo consacrerei solenni altari,
  A Giove l'un, che sopra i Numi ha loco

Sommo in Olimpo, e giusto ai tuoi preclari
  Genj, o IMMORTAL NAPOLEON, concesse
  Gli onor divini in Terra e in Ciel sì chiari;

L'altro al sublime Apollo, che trasmesse
  I suoi Regni e il favor tutto al SOVRANO
  GIUSEPPE, alto MONARCA, a cui permesse

Di ricever l'onor, che al Sovrumano
Suo lume in Delfo tributar si suole,
O darsi nel Timbrèo Tempio lontano.

Il primo i' sarei pur, che a' rai del Sole
Facessi crescer quì dell'Idumee
Palme la ricca preziosa mole,

E l'arbor cara alle pendici Ascrèe
Intorno ad esse; onde fregiarne il crine
Poi del Re nostro, e le Tempia Febèe.

Rinascer tu vedresti in tal confine
Gli Esperidi Orti, e i secoli beati,
Che di Napoleon dirlansi alfine.

Mel. Quando mai giungeranno i sospirati
Tempi per noi, che una capanna umile
Avremo insiem, che insiem pe' i verdi prati

Nei dì solenni con giocondo stile
Scorrerem festeggiando, e udrem d'intorno
Le rupi risuonar d'eco gentile!

Celebrerem così col carme adorno
L'Eroe, che amando conserviam nel core
Dal primo albor fino al cader del giorno.

Nel tributargli il meritato onore,
O Tirsi, io tel confesso, amo l'incanto
Sol di quel facil estro animatore,

Che di lui parla, e che ben loda il vanto
Di sua Prosapia, e il Re solleva al cielo;
Che alcun più degno non fu mai di canto,

Nè maggior di lui sorse in Terra.

Tir. Anelo

A questa vita anch'io; con me la brama
Ogni colono. Infin che l'igneo telo
Vibra su i campi il Sol, ciascun richiama
Se stesso alla fatica; e in su la sera
Ciascuno, o Melibeo, versi declama.
Io che sempre la dolce immago altera
Ho presente del Re, sue lodi ognora
Ripeterò con voce lusinghiera.
Il nome suo, che la mia Musa onora,
Esalterò, sia che nel suol respiri
Dell'adusto African, sia che dimora
Facessi ancor fra gli agghiacciati giri
Del selvoso Erimanto; poichè il mio
Monarca adoro, e a lui sol fia che spiri
L'aura vivace del caldo desio,
Come dai Numi in sull'eterea Sede
Alto si cole dell'Olimpo il Dio;
Che il Sommo Giove dal Trono, in cui siede
I Dei rallegra; e lieta sicurezza
Il Rege nostro ai Popoli concede;
Chè d'uopo han questi della sua fortezza,
Onde vita acquistar calma ed ardire
E ogni altro ben che dai mortal s'apprezza.
Allor che fece armoniosa udire
La sua lira Amfione alle cittati,
E i sassi fè quasi animati unire

Docili ai cenni suoi, forse nei fati
Leggendo, egli indicava, che sarebbe
Giunto su questi lidi avventurati

Un Re maggiore in potestà, che avrebbe
Le città ravvivate, e la ricchezza
Di Cerere nei campi accrescerebbe.

Mel. Ahi! quanto, o Tirsi mio, l'alma dolcezza
Di sì Clementi Numi in cor tu provi,
E quant'hai nel lodarli arte e vivezza!

Abbastanza i tuoi versi, onde commovi
Le selve ancor, mi penetraro il petto;
Ma di troncare il canto alfin ci giovi.

Ambo ai Re tributammo il nostro affetto
Abbastanza co'i carmi; il suo riposo
Cercan le membra omai. Vedi ogni tetto

Fumar da lungi per le ville. Ascoso
E' quasi il giorno; e fra le ombre avvanzate
Vedi il giovenco tardo ed affannoso

Col vomero sul collo alle bramate
Stalle appressarsi. O tu, mio caro armento,
O voi felici pecorelle amate,

Gite sazie all'albergo. In tal momento
Riconduciam noi pure il passo errante
Alla capanna, ove potrai contento

A frugal desco ristorarti. Innante
Veggendoti Amarille agli occhi suoi
Come al ritorno dell'antico amante

Esulterà! Quanti non compri a noi
Cibi offrirà! Molli castagne e pieni
Panieri io serbo di poma, in cui puoi

Deliziarti. Odorosetti ameni
Son questi frutti. Il fresco latte in molta
Copia v'è ancora; e fra gli agresti beni

Il mel non manca; a terra sol rivolta
Senza l'antico vin l'anfora giace;
Chè Spartaco fiutolla, e tosto sciolta

L'ebbe del grato onor. D'altro vivace
Domestico liquor di Bacco io voglio
Regalarti, che è pur blando e che piace;

Vin che potrebbe col soave orgoglio
Nelle mense apparir di Mecenate,
Cui lauto sempre compartiasi il doglio.

Così alcun tempo infra le tazze grate
Meco passar potrai; diman la via
Ripiglierai sicuro alla cittate.

D'un asinel, se il vuoi, la compagnia
Darotti ancor, onde per te il sentiero
Dell'Aurora al brillar più agevol sia.

Tu del Re nostro amabilmente altero
Il volto rivedrai; ma se l'aspetto
Dell'ingrata cittade il tuo pensiero

Pur conturbasse, e a te, cui sol diletto
Dier le rustiche Muse, un Atrio un Foro
Fosse di noja, o di ribrezzo oggetto,

O il tumulto del Popolo, o il lavoro
De' pubblici registri, o delle liti;
Quì riedi, o Tirsi, al pastoral tesoro.

Teco la gioja ai campi, ed alle viti
Agli alberi le chiome, e in su la riva
De' fiumi torneranno i fior graditi.

Ma siegui pure il tuo cammin; ravviva
La tua speranza; nel Real confida
Giuseppe, e avrai giocondità più viva.

La fè, che salda nel tuo cor s'annida
Premio otterrà. Più amabili destini
Ti concedano i Numi; a te sorrida

Più benigna fortuna; ella avvicini
A te le chiome sue; giorni più lieti
A filarti la Parca il dito inclini.

Agli augurj, che avvien ch'io ti ripeti,
Allegro Ilatte il fido can risponde.
Gli augelletti su i Faggi, e sugli Abeti

Scherzosi io veggo oltre l'usato; e l'onde
Per le valli increspar più dolcemente
Risuonando il ruscel. Dalle gioconde

Luci del nostro Re chi mai dolente
Dimmi, partì, quand'ei conobbe appieno
L'onesto oprar d'una sagace mente?

E quale il Sommo Giove dal sereno
Soglio ciascun protegge, così l'alto
Monarca nostro ognun si stringe al seno.

Tir. Felici fummo; ma poichè d'un salto
Sorte il tutto cangiar suole, e ogni cosa
Sconvolge il tempo col ferale assalto,

Alla Cittade con alma affannosa
I passi avviciniam, nutrendo in core
Speme, che pari ai merti in noi si posa.

Mel. Va siegui il tuo destin; l'uom di valore
Serba costanza; nè il costume usato
Sovverte del Diadema allo splendore;

Chè il Grande al Trono ed all'Impero nato
Delle virtù l'Impero accresce; al raggio
Di tal dono celeste ai Numi grato,

Tito l'amor del Mondo, e quindi il saggio
Trajano istesso la Romulea fama
Accrebbero assai più, che col coraggio.

Dunque, o buon Tirsi mio, dove ti chiama
La tua virtù con fausto passo arriva,
Ed otterrai quel che da te si brama.

Già a te, servo fedel, donò giuliva
Calma il Cesare tuo condegnamente,
E dal German, che del Sebeto in riva

Qual Nume regna, un dolce ozio ridente
Avrai ben anco. Essi per te saranno
Due Deita' propizie, e fedelmente

Stabilirai per onorarli ogni anno
Festivi giorni, alla cui pompa amena
Gli agricoltor vicini accorreranno,

E colle Ninfe per l'aria serena
Intrecceranno poi danze e caròle
Uniti in leggiadrissima catena.

L'Are orneran di gigli e di viole,
D'allor le Statue d'essi; alto a cantare
L'Augusto Nome, che da ognun si cole,

Per le contrade andran. Ma innanzi appare
La meta del cammin; giungemmo alfine,
Ecco sorger d'appresso il casolare.

Vita beata in quel dolce confine,
Tranquilli sonni ritrovar potrai,
Ore d'amenità quasi divine.

Vedi la prole mia, che allegra i rai
Su noi fissa da lunge, ecco veloce
Ci viene incontro, e te saluta omai
Giubilando col gesto, e colla voce.

FINE.